



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

## Universitätsbibliothek Paderborn

### Svmmvla Caietani

Cajetan, Thomas

Antverpiae, 1575

Vitium concubinatus detestandu[m], & quare.

**urn:nbn:de:hbz:466:1-41716**

## Concubinatus. 61.

esset. In reliquis verò dictis peccatum mortale manifestè interuenit, consentiendo & cooperando vt Eucharistia ab indignis sumatur, imò sanctum dandocanibus. Quarto, si Eucharistiam det in loco interdicto: quia contra prohibitionem Ecclesiæ. Aduertetamen, quòd quodocunque, & vbiunque, & quibuscunque potest dari sacramentum pœnitentię, potest etiam dari si in articulo mortis est, viaticum: quia pro eodem computari decernit ius. de pœnit. & remis. capi. quod in te. Debet tamen prius provideri scandalo, vt scilicet publicetur eum opere dimissum concubinatum, aut vsuram &c. alioquin scandali peccato offendit populum sacerdos dans Eucharistiam. Quinto, si det irreuerentiam exhibentibus sacramento, vt sint phrenetici, expuentes &c. esset enim sacrilegū peccatum, & sibi, non illi extrà se constituto imputandum. Sexto, si infirmus viaticum, & iis quibus debet sacramentum hoc ministrare omisit: rarò enim hæc absque peccato eueniunt negligentiz.

### *Vitium concubinatus detestandū, & quare.*

Concubinatus non solum includit peccatū mortale fornicationis, sed addit statum peccati mortalis. Et propterea ad sui veram pœnitentiam exigit non solum omissionem actus carnalis, sed recessum à tali statu.

### *Crimen concussionis respectu officarij semper est mortale.*

Concussionis crimen (quo quis habens potestatem vel officium, pecuniam accipit ad iudicandum aut decernendum, quò magis vel minus faciat quod debet, vel per minas cogit aliquem ad faciendum vel non faciendum) est manifestè mortale peccatum contra iustitiam.

Sacra-